



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

II. De debito episcoporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO CHRISTI
III. & qui iura domini regis detinere contendunt.

Adiicimus autem omnes illos simili sententia Petiani.
inuolutos, qui scienter & prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant, vel etiam tales testes scienter producunt, vel subornant in causa matrimoniali, vbi scilicet agitur contra misericordiam, vel etiam vbi agitur ad alicuius exheredationem.

Aduocatos quoque excommunicamus omnes Cauillatores.
qui in causis matrimonialibus malitiose oppositiones opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum sortiantur effectum, vel ut contra iustitiam processus causæ diutius suspendantur.

Item excommunicamus omnes illos qui Calumnatores.
gratia lucri, odii vel fauoris, vel aliter malitiose crim登 imponunt, vel opponunt alicui, cum infamatus non sit apud bonos & graues, ut sic saltem ei purgatio indicatur, vel alio modo grauetur.

Præterea omnes illos sententia excommunicationis innodamus, qui vacante ecclesia malitiose oppositione vel procurant opponi patronatus quæstionem, ut sit unde patronum illius ecclesiæ collatione saltem illa vice defraudent.

Excommunicamus etiam omnes illos qui Suppresso-
res.
gratia lucri, odii vel fauoris, vel alias malitiose contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos, qui claves ecclesiæ contemnunt.

Statuimus etiam auctoritate præsentis Concilii,
ut prælati singuli eleemosynarios honestos habeant,

*Rom. 12.
Hebr. 13.
1. Petr. 4.*

*Psal. 11. 60.
65. 75. 115.*

*Collatores
ecclesiarum
qui confer-
re eas de-
beant.*

Coloff. 3.

III.

Ad hæc statuimus , ne prælatus aliquis, cum ecclesiā contulerit aut præbendam , fructus eiusdem ecclisiæ siue præbendæ nondum collectos sibi præsumat aliquatenus usurpare , vel in institutione , vel missione in possessionem , vel charta super hoc facienda , aliquid audeat extorquere , nec ab officiariis suis archidiaconis vel decanis sustineat extorqueri .

IV.

Cum, secundum Apostolū, avaritiæ, quæ est idolorum seruitus , episcopos aut alios Dei ministros seruire non conueniat, ad tantam pestem radicitus euellendam statuimus , vt si quis ad ecclesiā ali-

quam

& vt ipsi prælati sint, iuxta Apostolum , hospitales , & vt horis competentibus ad pauperes audiendos & iustitiam exhibendam in publico præsentiam suam exhibere procurent , & in personis propriis confessionibus audiendis interdum intersint , & pœnitentiis iniungendis : ipsi etiam per confessores discretos ciuitates proprias obeant , & in ecclesiis suis cathedralibus residere procurent: vt aliquibus maioribus festis , & saltem in aliqua parte * pro ^{ferv} _{per} se , prout animæ suæ saluti magis viderint expedire . Et quia , iuxta scripturæ testimonium , vota nostra tenemur reddere Domino Deo nostro , salubriter decernimus aduertendum , vt episcopi formam suæ professionis in sua consecratione prolatam bis in anno coram se legi faciant diligenter , vt tanto melius professionis suæ recordentur , quanto sèpius eorum fuerit auribus inculcata .

III.